



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

Quibus modis efficere potest  
præceptor, ut bonus vigeat in-  
ter discentes vitæ mos et  
consuetudo.

---

## P r o l u s i o

qva

omnes litterarum fautores ad examen publi-  
cum Scholæ Roëskildensis præsentia sua co-  
honestandum officiosissime

invitat

MAG. C. F. Schultz

Rector Scholæ.

---

Hafniæ 1810.

Typis *Andree Seidelin.*

**Statens pædagogiske Studiesamling**  
**København V.**

Med hvilke Midler kan Læreren  
bidrage til en god moralsk Stem-  
ning imellem de Unge i  
Skolen.

---

Et Indbydelseskrift

til alle Videnskabsyndere at hædre den offent-  
lige Examen i Koeskilde Skole med deres  
Nærværelse.

Af

Mag. C. F. Schultz

Skolens Rector.

---

Kjøbenhavn 1810.

Trykt hos Andreas Seidelin.

## F o r e r i n d r i n g.

---

Nærværende Skrift har i sin oprindelige Form været brugt som latinſk Tale ved Forfatterens Indſættelse til Rektor ved den latinſke Skole i Roeskilde. Lidet omformet efter sin ny Bestemmelse fremkommer det nu som Indbydelses-Skrift til den offentlige Examen ſammesteds i Sept. d. 2. For at gjøre det forſtaaeligt for deſto flere, har Adjunct Fiſbiger paataget ſig den Umage, at overſætte det i Modersmaalet.

---

---

**N**on ad artes liberales percipiendas de schola juvenes tantum sunt fingendi; sed et mores *juvenum sunt* formandi, nec ejus rei cura negligenda: imo tanto majoris est æstimanda, quanto minus liceat legibus publicis quæ vel facienda vel omittenda sint, ita accurate præscribere, ut non solum mala nascentia opprimantur, sed et mores ipsi emendentur; quantoque magis temperatio animi sapienter præparati ad bene beateque vivendum vehementer faciat. Nam cum in schola, tanquam in societate angustioribus finibus inclusa, multa sint pueris communia, jura atque officia, consuetudines et familiaritates multæque præterea res et rationes, quibus præparentur quodammodo necesse est juvenes ad exeundum in societatem illam ampliore, quæ latius patens ad omnes ejusdem civitatis homines pertinet; in illa existere solet certa vivendi consuetudo, certi-

---

**S** Forbindelse med Ungdommens videnskabelige Undervisning at tage Hensyn paa dens moralske Eildannelse, er uden Tvivl en Sag af saa meget større Bigtighed, jo umueligere det er, ved offentlige Love saa bestemt at foreskrive Handlinger, eller forbyde Fejl, at ikke alleene det Onde undertrykkes i Fødselen, men Karakteren selv forbedres, og jo større Indflydelse Hjertets hensigtsmæssige, tidlige Forædling har paa et dydigt og lykkeligt Liv. Børn have i en Skole, ligesom i et af snævrere Grændser indsluttet Selskab, meget tilfældes imellem hverandre: adskillige Rettigheder, Pligter, Sædvaner, Fortroeligheder, og mange andre Ting og Anliggender, ved hvilke den Unge nødvendigens forberedes paa en vis Maade til at træde ud i hint

que mores, qui in similibus studiis, voluntatibusque et oblectamentis in omni agendi cogitandique modo cernuntur, ad quos imitandos, quicumque novi discipulorum gregi adscribuntur, totos se fingant et accommodent. Neque enim, ut Cicero ait, ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis et seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci et a vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Hanc igitur morum consuetudinem boni præceptoris est ita, quantum fieri possit, moderari, ut et discentium commodis inserviat et communi prospiciatur utilitati; neque enim usus ejus intra fines scholæ exiguos cohibeatur, sed latissime patet et totum reipublicæ corpus complectitur. Actionum in puero vel contentus vel discrepantia, in viro item vel dulciter vel putide sonabit. Ferocitas asperitasque si in juventute scolastica dominantur, non in schola tantum ex juvenum oculis, vultu, statu, incessu, habitu vestituque adparebunt, sed in viro postea innascetur pertinacia, contemptus et negligentia eorum,

flørre Selskab, der i et videre Omfang indbefatter alle en Stats Borgere. I en Skole hersker der som oftest en vis Tone og visse Sæder, som yttre sig i fælleds Tilbøjeligheder, Ønsker, Forlystelser, i heele Tænke- og Handlemaaden, og hvorefter de nyantagne Lærlinger aldeles danne og rette sig. Thi Slægt og Fødsel, siger Cicero, lægge ej saa meget Grunden til Menneskets Karakter som Paavirkningen af Stedets Natur og Levemaaden, hvor han opfødes og tilbringer sin Tid. — Disse Karakteryttringer maae altsaa den duelige Skolemand, efter Tone, lempe saaledes at han baade sørger for Lærlingernes Vel og tager Hensyn paa det Offentliges Løb; thi deres Kraft indskrænkes ej af Skolens snevre Grændser, men udbreder sig i en viid Kredse over heele Statslegemet. Handlingernes Harmoni eller Uovereensstemmelse hos Drengen, vil hos Manden ligeledes frembringe Belyd eller skurrende Toner. Har Mildhed og Raahed taget Overhaand mellem en Skoleung-



quæ vera, recta et decora et sunt et vulgo existimantur. Si levissimis semper rebus, voluptatumque blandis illecebris irretitus fuerit puer, idem non in schola tantum officia quævis sua negliget, sed et civis postea nulla stabili et firma ratione innixus, corporis a voluptatibus vincetur, nec ullis vacabit animi perturbationibus. Si comitas facilitasque in coetu scholastico viget, non ibi tantum natu majores minoribus auxiliabuntur, eorum imbecillitati subvenient, affecti injuria injuriæ obliviscentur, votis alii aliorum occurrent, neque lites nec odium nec invidia unquam aut raro saltem excitabuntur; sed et inter cives olim leniores illæ virtutes, comitas, placabilitas, mansuetudo morum suavitasque sermonum cognoscentur eidem viro inesse. Si vero laudis studio trahitur juvenum de schola quisque, ut principem se esse malit, quam videri; si virtus illa tam altis in animo defixâ est radicibus, quæ nulla vi labefactari possint; eximia honesti species et in viri, qui capesserit rempublicam, animo insidebit impelletque ad om-

dom: saa ville de ikke i Skolen alleene røbe sig i Unglingens Blik, Afsyn, Stilling, Gang, Bæsen og Klædedragt; men ogsaa hos Manden ville i Fremtiden Stivfjend, Foragt og Skjædesløshed mod alt hvad der er, og i Almindelighed holdes for sandt, godt, og skjønt, vorde indgroede Fejl. Lader Drengen sig idelig fortrylle af de ubetydeligste Ting, og Fornøjelsens venlige Tillokkelser: vil han ej i Skolen alleene forsømme alle sine Pligter, men og i Fremtiden, som Borger af Staten aldrig støtte sig til nogen fast og sikker Grundfætning, men overvundet af sandfelig Bøllyst vorde et Bytte for sine Lidenskaber. Bliver man Dmngjængelighed, Føjelighed vaer i et Skolesamfund, saa ville ej der alleene de Eldre række de Yngre Haanden og komme deres Svaghed til Hjælp; de Forurettede glemme Forurettelsen; den Ene forekomme den Andens Duffer; Trætte, Fjendskab, Misundelse aldrig eller dog sjelden rejse sig; — men ogsaa hos Manden vil man da siden gjenkjende hine mildere

nes intendendos nervos, quo ea sola, quæ sunt magna et præclara, adpetat et sequatur. Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu. Tantum certus vitæ tenor ordoque cogitandi agendique mos et consuetudo, quæ inter scholasticos viget, ad cives reipublicæ probos aut improbos fingendos formandosque valet. *Videamus igitur, quibus modis præceptor juventutis efficiat, ut ille discientium tenor vitæ agendique modus, non civitati minus quam scholæ fructuosus, excitetur, servetur et augeatur?*

Prima est igitur ratio, quæ in ipsa institutione versatur, nec unquam ab ea sejungi debet, quatenus ingenium pueri studiis exercendum est et acuendum, quo nulla inani vocabulorum vel enuntiationum copia repleatur memoria, puerque advescat verbis haud intellectis nugisque canoris et sibi et aliis satisfacere velle. Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum vel ornatissimorum sonitus inanes, nulla subjecta sententia? In eo igitur elaborandum est, ut vim et naturam

Dyder: Dmgyængelighed, Sagtmodighed, Belevenhed, indtagende Væsen, i Dmgang og Samtaler med hans Medborgere. Opflammes alle en Skoles Ynglinge af Urefølelse, vil enhver hellere være, end synes at være den Første; har denne Dyd flaaet saa dybe Rodder i Hjertet at ingen Magt er i Stand til at rokke den: saa vil ogsaa en ædel Stolthed trone i den tilkommende Statsmands Bryst, vække og anspænde heele hans Kraft til Uttraa og Stræben efter enhver stor, enhver herlig Daad. "Længe beholder det ny Vinsfad den Lugt, der eengang har gjennemtrængt det". Saa stærk Indflydelse har den hos Skoleungdommen herskende Tænke- og Handlemaade paa at danne og bestemme den tilkommende Statsborgers gode eller flette Karakter.

Med hvilke Midler vil altsaa Ungdomslæreren kunne fremvirke, vedligeholde og befordre blandt Lærlingerne en saadan Tænke- og

eorum, de quibus legitur, recte intelligant adolescentes, ut rationes quoque, quæ minus sunt in promptu, accuratius cognoscant, rerum causas videant, progressus et antecessiones non ignorent, similitudines comparent, comparatasque æstiment et dijudicent, atque ita omnino uti iudicio advescant, ut quid in rebus et verbis verissimum sit, acutissime et celerrime perspicere et explicare possint. Imagines, notiones, opiniones, ratiocinationes ita regendæ sunt, ut cum præceptis cogitandi, quæ a sapientissimis viris naturæ convenientia tradita sunt, recte congruant. Quarum rerum cura nisi adhibeatur maxima, pueros nec in artibus ingenuis percipiendis, nec in probatis moribus sequendis ad altiorem sapientiæ et virtutis gradum adscensuros, facile adparet. Hæc est quasi curatio intrinsecus adhibita, cujus vis, quo magis initio crescit occulte sensimque augetur, atque externis medicamentis destituta minus multum efficere potest, eo firmitior est et stabilior, et extrinsecus adjuta, ex eo modo, quo ingenii dotes roborantur, effica-

Handlemaade, der kan vorde ligesaa frugtbringende for Staten som for Skolen?

Det første Middel, staaer i nøje Forbindelse med Undervisningen selv og bør aldrig afsondres fra denne, for saavidt Unglingens Sjæleevner ved Studeringer skulle øves og skjærpes, at Huskommelsen ej opfyldes med et inretsigende Forraad af Gloser og Talemaader, at Unglingen ej vænner sig til, med Ord som han ikke forstaaer, og højt klingende Snaak at ville fyldestgjøre baade sig selv og andre. Thi hvad er saa affindigt, som en tom Lyd af endog de bedste og skjønneste Ord, der ingen Meeaning indeholde? Dette bør man altsaa bestræbe sig for: at Ungdommen tilgavns lærer at forstaae Betydningen og Bestaaenheden af det, hvorom der læses, lærer ogsaa nøjere at kjende de Grunde, som ligge dybere skjulte, opdager Tingenes Kilder, bliver ej uvidende om deres Fremgang og forudgaaende Aarsager, sammenholder Ligheder, vejer og bedøm-

cior eminet, in viri demum iudicio maturo omnes numeros habet. — Ut vero illa ratio, externis adminiculis remotis, parum admodum valet, ita et hæc ipsa adminicula sine illa, quasi arbor radicibus carens, quovis venti impetu agitata concidunt. Quamquam molestum est, cum vere dicatur, "probum animum ingenio vel acutissimo præstare", nonnunquam tamen intelligi, pravissimos mores doctis eruditisque inesse hominibus. Nonne videtur inde rectissime colligi posse, haud tanti esse curam, quam puerili animo doctrinarum studiis complendo et excitando adhibeamus, si puer ad ea, quæ vera vel falsa sunt, dijudicanda satis perspicax, non minus hæc quam illa sequatur, in maximisque erroribus versetur; si hæc dico ita contraria in uno eodemque puero conjuncta adpareant? Ita dicentibus occurrere quidem licet, ut alia omittam, et ea ratione, quod quam plerique intelligentiam solertiamque opinentur, ea, si animum attenderis, nulla esse reperiatur. Sed illa discrepantia haud scio an inde magnam partem oriatur, quod instituendi modus

mer det sammenlignede, og vænner sig overalt saaledes til at bruge sin Dømmekraft, at den skarpt og hurtigen kan gennemskue og udvikle Sagens tilligemed Udtrykets Sandhed. Forestillinger, Begreber, Tanker, Slutninger bør styres saaledes, at de tilbørligen svare til de med Naturen overensstemmende, af de vise Mænd forestrevne Tænkningsslove. Bærer man ikke den største Omhu herfor, saa er det øjensynligt, at Unglingen, hverken i at dyrke de forædlende Videnskaber, eller i at uddanne sin moraliske Karakter, vil kunne stige til nogen høj Grad af Visdom og Dyd. Dette er, saa at sige, den indvortes anvendte Lægedom, hvis Virkning er desto stærkere og varigere, jo meere skjult og langsomt den i Begyndelsen ytrer og udbreder sig, og uden Hjælp af udvendige Lægemidler, kun er i Stand til at udrette mindre, men, i Forening med disse, lægger sin Kraft for Dagen ved den Maade, paa hvilken Handbanlæggene styrkes, og faaer sin heele Fuldbendelse først i Mandens



cum ad ingenium acuendum tum ad mores formandos parum sibi constiterit, nec quibus opus est, externis adminiculis adnitatur. Plato in Protagora ait, Græcos solitos esse juventuti poetarum præstantissimos in manus tradere, plurimum ediscendos, ut et præceptis philosophorum et laudibus summorum virorum, quibus abundabant, ad virtutem exercendam per totum vitæ cursum tempestive et continue animus excitaretur. Xenophon vero in Symposio scribit, Nizeratum dicere solitum, se ætate proVectum memoriter reddere posse utrumque Homeri librum et Iliadem et Odysseam, quos pater puero sibi ediscendos eodem consilio mandasset. Intelligendum est igitur, hanc alteram rationem animos discentium honestis sensibus imbuendi, quam Græci tanta cum prudentia communem ad utilitatem conferebant, non minus nobis ad usum patere. Nobis quoque sunt et in manus traduntur veterum pulcherrimi libri; Nobis licet eadem inde haurire vitæ præcepta; Nobis eadem exemplaria plane egregia ad imitandum proponuntur. Quid

modne Dømmekraft. — Men ligesom hin Læge-  
maade formaaer saare lidet, naar den ej under-  
støttes af udvortes Midler, saaledes fuldkastes  
ogsaa, uden hin, disse Hjælpemidler selv, lige-  
som et Træ uden Rødder, vaklende for Stor-  
mens Anfald. Utaaleligt er det, ihvorvel man  
med Sandhed siger: at et godt Hjerte er meere  
værd, end den meest gjemtrængende Forstand  
dog undertiden at blive den fløtteste Karakter  
værd hos Videnskabsmænd og Lærde. Synes  
det ej, som om man deraf meget rigtig kunde  
slutte, at det ikke har saa saare meget at betyde  
med den Omhu, vi have for at fulddanne og  
hæve den Unges Sjæl ved videnskabelige Sysler,  
naar han, skarpsæende nok, til at skjelne mellem  
Sandhed og Lant, dog ligesaa gjerne lader sig  
lede af denne som af hin, og er en Bold for de stør-  
ste Wildfarelser: naar disse tvende saa modstri-  
dende Ting vise sig foreenede i een og den samme  
Yngling? Slige Indvendinger kan man vist nok  
(for ej at tale om andre Ting) ogsaa med denne

igitur obstat, quo minus socraticam illam sophrosynem, quam et Xenophon tanta verborum gratia nobis commendavit, et Horatius suavissimis carminibus cecinit, amplectemur nos quoque? Solonem et Leonidam, Fabium Fabriciumque innumerosque alios, tot tantaque exemplaria nos quoque versare manu diurna et nocturna, oculisque intueri possumus. Quo felicior sors nostra, cum operi scholastico ejusmodi res objectæ sint, quas quotidie tractemus nostrumque in usum convertamus! Fodinæ sunt, unde ferrum, æs, aurum et argentum nostra opera et arte effoditur, quod nec in vita hominum communi nec in doctrina litteratum non proderit, nec unquam spes nostras omnino frustrabitur. Hujus vero adjumenti quo frequentior occasio conceditur; eo magis effectus multiplicetur necesse est. Quemadmodum nec ferrum uno ictu acuitur nec puteus uno exsiccatur haustu, ita et ea, quæ docemus, animum humanum afficiunt. Primus impulsus tanquam pluvia est, quæ semel demissa coelo, sitientis agri superficiem

Grund gaae imøde: at det, som de fleste kalde Indsigter og Lærdom, vil, i Nærheden betragtet, aldeles forsvinde. Men hin Uovereensstemmelse rejser sig maaskee for en stor Deel deraf, at Undervisningsmaaden hviler ikke, med Hensyn baade til Sjæleevnernes Skjærpelse, og Karakterens Udvikling, paa faste Grundsætninger, eller understøttes som den bør, af udbortes Hjælpemidler. — Grækerne plejede — siger Platon i sin Protagoras — at give Ungdommen de meest udmærkede Digttere i Hænder til Udenadslæren, for at Sjelen, ved den Rigdom baade af Visdomsforskrifter og Skildringer af store Mænd, som de indeholde kunde betimeligen og ideligen opmuntres til, ad heele Livets Bane, at have Dyden for Dje. — Nizeratus — (skriver Xenophon i sit Symposium) plejede at sige, at han endnu i sin sildigere Alder kunde af Hukommelsen oplæse begge Homers Værker, Iliaden og Odysseen, hvilke hans Fader i samme Hensigt havde ladet ham i de yngre Aar lære

modo irrigat, sæpius iterata ad radices penetrat. Illa præstantia præcepta, illa exemplaria præclara, cum in legendo identidem recurrant, si deprompta animis discentium admoventur, paucis verbis, gravitate tamen adjecta; eo magis profecerint, quo minus proficisci vel a docentis nimia severitate, vel publici muneris officio videantur. Quo fit, ut non scholæ modo, sed vitæ discatur. Licet enim omnes litterarum disciplinæ non uno modo ad mores formandos valeant, aliæ aliis sunt præstantiores, alia per se prosunt, aliæ aliena ope indigent; illud tamen tempus præteriit, cum vallo inexpugnabili circumdata a libero spiritu, ut ita dicam, et communi luce excluderetur schola, nec utilitati consulens adolescentium nec humanæ societati: quæ sunt ex media laude omnis doctrinæ.

Quoniam autem inter homines corruptis moribus et depravatis nonnunquam vivendum est, multum adparet interesse, quacum virtute vel turpitudine homines in urbe, ubi schola viget, vitam degere soleant. A qua parte hic feliciores sumus. In oppido

udenad. Paafjønne maae vi derfor, at Benyttelsen af denne anden Maade, hvorpaa ædle Følelser indaandes i Lærlingens Hjerte, og hvilken Grækerne med saa stor Klogskab anvendte til Samfundets Lær, staaer ikke mindre i vor Magt. Ogsaa vor Ejendom, ogsaa i vore Hænder ere Oldtidens Mesterværker: ogsaa vi kunne deraf øse Leveregler: ogsaa for os ere hine mageløse Mønstre fremstillede til Efterligning. Hvi skulle da ej ogsaa vi hylde hin Sokratiske funde Menneskeforstand, som Xenophon med Udtrykkets Ynde og Horats i sine herlige Sange have anprist og besjungen? Hvor mange og store Mønstre: en Solon og Leonidas, en Fabius og Fabricius kunne ogsaa vi Dag og Nat sysselsætte os med og gjøre til Gjenstand for vor Bestuelse? Saa lykkeligt er vort Lod, at vort Skolearbejde har saadanne Gjenstande, hvilke vi daglig beskæftige os med, og anvende til vort Gavn. Gruber er det, hvoraf Jern, Kobber, Guld og Sølv opgraves ved vor Flid og Kunst, og som

enim civium improbissimorum probos perfectosque a juventute scholastica mores postulare, hominis stulti est. Lubrica sane hæc via est adolescentiæ, cui insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix potest; sed tanto enixius illi est subveniendum. Nec quemquam decet præceptorem, quod res multum habeat difficultatis et laboris, nec quantum velit, effici possit, propterea per ignaviam temere desperare. Est quodam prodire tenus, si non datur ultra, ut Horatius ait, nec omnes spinæ relinqvendæ sunt, quod non omnes evelli liceat. Adversus hæc igitur mala externa externis præsiidiis est utendum. Tantum muneri det suo magister, ne putet, rationes puerorum extra scholam esse sibi plane negligendas, sequæ intra parietes proprios inclusum officio satisfacisse, si ordo in schola servetur. Meminerit autem, aliorum etiam hominum inprimis sapientia et virtute præstantium studia ad utilitatem rei scholasticæ prompta sibi esse excitanda. Quod eo facilius esse factu arbitror, si quantum sua intersit, ut illa res fiat,

hverken i det offentlige Samsunds Liv eller i Videnskabelighedens Egne vil vorde unyttigt, eller nogenfinde aldeles stusse vore Forventninger. Men jo hyppigere Udgangen forundes os til denne Hjælp, jo meere maae dens Indflydelse mangfoldiggjøre sig. Sernet skjærpes ei ved det første Slag og Brønden udtørres ej ved den første Øsning. Paa samme Maade virker Undervisningen paa den menneskelige Sjel. Det første Stød er ligesom en Regn: nedgyder den sig for en enkelt Gang fra Himmelen, væder den kun Overfladen af den tørstende Uger: falder den oftere, saa trænger den igjennem til Rødderne. Forekomme hine fortræffelige Læveregler, hine herlige Mønstre tiere under Læsningen, udhæves de da, og lægges Lærlingerne med saa, men vægtfulde Ord paa Hjerte: saa ville de udrette saa meget meere, jo mindre de kunne synes at være fremstillede enten af en overdreven Alvor hos Læreren eller af Embedspligt. Saaledes læres der ikke for Skolen allene men og for Livet.



ipse et re et verbis palam faciat; si qvi mores singulis sint, qvæ fama inter vulgus, cognoscere studeat, si parentum vel aliorum, qvi loco parentum sunt, consilia, admonitiones, qverelas etiam, æqvo animo ferat, si consulentibus de puerorum salute libenter et amice respondeat, si omnibus cum hominibus, qvibus ea res curæ sit, familiarissime communicet, nec qvicquam humani alienum sibi putet. Ita fieri neqvit, qvin aliorum animos conciliet et ad usus suos adjunget.

Hæc tamen cura, qvæ in moribus juvenum tuendis ponitur, si oblectamenta honesta, utilia atqve ad corpus exercendum moderandumqve accommodata subsecivis horis juventuti suppeditarentur, haud parum levaretur moderatori. Ad qvæ referri debent non solum ejusmodi palæstrici motus, qvi qvidem sunt in usu quibusdam in scholis, sed neqveunt, nisi necessariis rebus præparatis, adhiberi: qvare his, dum illæ res desiderantur, carere cogimur. Quantum vero ad morum bonitatem pertineant,

Ehi omendstjøndt ikke alle Videnskabsfag virke paa een og samme Maade til Karakterens Dannelse — nogle have heri Fortrin for andre, nogle have en umiddelbar, andre en middelbar Indflydelse: — saa er dog hin Tid forbi, da Skolen, omgiven med en uindtagelig Vold, tilslukkedes, saa at sige, for den fri Luft og det fælleds Daglys, og bidrog hverken til Unglingens eller det menneskelige Selskabs Held, hvilket dog er al Værdoms højeste Koes. — Men da man undertiden maae leve mellem Mennesker af flette og fordærvede Sæder, saa er det uidentviol af stor Vigtighed, hvor moralsk eller umoralsk, et Liv Indvaanerne pleje at føre i den Stad, hvor Skolen er anlagt. I denne Henseende ere vi her heldigere. Ehi taabeligt vilde det være, at fordre gode og fejlfrie Sæder af Skoleungdommen i en Bye, der bestod af lastefulde Borgere. Dette er i Sandhed en slibrig Bane for Unglingen, hvilken han neppe kan betræde eller vandre ad uden at falde eller snuble; men desto kraftigere bør man komme ham til Hjælp. Ikke heller anstaaer det nogen Lærer, af Lædshed strax at tabe Modet, fordi Sagen medfører megen Vanskelighed og Møje, og han ej er i Stand til at udrette saa meget, som han ønsker. "Til et vist Punkt kan man dog naae, vinder man end ikke længere", siger Horats, og alle Tornene bør

cum idem omnes de eo sentiant, non opus est, ut pluribus dispntem. Sed in eo genere versantur etiam oblectationes ingenuæ, quas juvenes, aliquando cives futuri de republica bene meriti, in coetibus et circulis majorum urbanitate et integritate vitæ excellentium habeant, quibus mansvefacti et exculi elegantiora quævis sequenda sibi et expetenda arbitrentur. Nec legum vi nec librorum et concionum autoritate, nec multis nec suppliciis effici potest, ut juvenum mores temperentur tantum, et ad decoris ac honestatis sensum conformentur, quantum in consuetudine hominum artibus liberalibus et politori humanitate ornatorum. Nulla re magis quam imitatione formatur animus puerilis; cum vero nulla imitatio possit esse, nisi antegressum sit exemplar ad imitandum, sequitur maximam vim esse in exemplis, quæ imitatione sequenda pueris obtigerint; nec tantum oportere interdici pueris, quæ fugienda sint, verum etiam melioribus exemplis ad meliora facienda deduci. Sed contra fit a plerisque. Edu

man ej lade sidde, fordi man ej formaaer at udrykke dem alle. Mod dette udvortes Onde bør altsaa bruges udvortes Midler. Læreren bør til den Grad være sit Embede opoffret, at han ej troer, at Lærlingernes Forhold uden for Skolen kan være ham gandske ligegyldigt; og at han, indsluttet mellem sine Skolevægge, har fyldestgjort sin Pligt, naar Ordenen kun der vedligeholdes. Han maae erindre, at han og bør opmuntre andres, især de ved Visdom og Dyd udmærkede Mennekers redebonne Bestræbelser for Skolevæsenets Lær. Lettere, meener jeg, vil dette blive at iværksætte, naar han selv i Ord og Gjerning tydeligen tilkjendegiver, hvormeget dets Udførelse ligger ham paa Hjerte, naar han lægger sig efter at udforske denne eller hins Karakter, og Kynge hos Mængden, naar han roligere hører Raad, Raamindelser, ja endog Klager af Forældre eller andre, som staae i Forældres Sted, naar han velvilligen og venskabelig svarer dem, der raadføre sig med ham om deres Børns Vel, naar han viser sig fortrolig og meddeelende i denne Sag mod alle, for hvilke den kan være vigtig, og kaster intet udeeltagende Blik paa noget menneskeligt Unliggende. Paa en saadan Maade maae han nødvendig vinde Andres Hjertes til sine Hensigters Fremme. — Denne Omsorg, der gaaer ud paa at vaage over

catorum, doctorum, litterarum ope atque auxilio, tabulis pictis, cohortationibus præmiis atque suppliciis id agunt homines, ut liberorum moribus salutariter consulant: maximum autem præsidium, quovis alio efficacius, inter homines bene moratos versari, nullius momenti esse existimatur. Neque tamen negari potest, homines sic esse generatos a natura, ut agere prius discat puer quam cogitare. Quæ notiones usu et exercitatione in animum infunduntur, ea sæpius repetitæ firmitatem et constantiam sensim nanciscuntur, cum persvasum fuerit, id agendum dicendumve esse, neque alio modo fieri oportere. Quo vividiores rerum sunt imagines, quibus animus afficitur, eo vehementius et ad constanter judicandum firmiterque adpetendum valent. Quam ad rationem nonne actio plus pollet, quam verba? res in scenis acta plus, quam quæ acta refertur? Verum est, quod Horatius docet, segnius irritant animos demissa per aurem, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus. Videndum est igitur maxime, ut juve-

Ynglingens Sæder, vilde dog ikke ubetydeligen lettes for Opfyndsmændene, naar der skaffedes Lejlighed for Ungdommen til uskyldige og nyttige Fornøjelser, som kunde øve og uddanne Legemet. Til disse bør ikke allene det Slags Legemsøvelser regnes, som vel ere i Brug i nogle Skoler, men ej ere anvendelige uden foregaaende, nødvendige Tilberedelser. Vi nødes derfor til at undvære hine, saalænge vi savne disse. Over deres Indflydelse paa Moraliteten behøver jeg forresten ikke at udbrede mig, da Alle heri ere eenige. Men til samme Klasse høre og hine ædlere Fornøjelser, hvilke Ynglingen, som tilkommende fortjensfuld Statsborger, bør nyde i Selskab og Dmgang med ældre, ved Urbanitet og Retfærdighed udmærkede Mennesker, for derved at afflibes og modnes til at attraae og hyldes en reeneres Smags Gjenstande. Hverken ved Lovbuds Myndighed, eller ved Skrifteres og Taleres Anseelse, hverken ved Revselses eller Straffes er det mueligt, at Ynglingen saaledes kan uddannes og Følelsen for det Skjønne og Edle udvikle sig til den Grad, som i Dmgang med Mennesker, der ere forædlede ved Videnskaber og Kunst, og besidde en finere Levemaade. Intet bidrager meere til at danne den unge Sjel, end Efterligning. Men da ingen Efterligning kan finde Sted uden et foregaaende Mønster: saa er

